

Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quovis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Capvt I. Qvos jejunii leges habeant eximios.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

A L O E
AMARI SED SALVBRIS
S V C G I
I E I V N I V M.
LIBER SECVNDS.
QVO MODO ET, QVO FRVCTV IEIVNANDVM.

CAPVT I.

Quos jejunii leges habeant eximios.



THALES Milesius, quod Ælianis narrat, mulum habuit, qui pæne supra mulum sapuit, sed suum astu ab herbo suo deceptus, ac punitus est. Cum enim mulus sale onustus flumen vadaret, in flumine tamquam moli succumbens sponte cecidit, ut sale liquefacto in aquis levior exurget. E voto bestie res cecidit. Sal muli lapsu maximam partem in aquas abiit, mulus onere dempto alacer surrexit, & qui pecudum sensus est, coquodissimum sibi fore putavit, si sepius in aqua collaboreret. Adverit Thales ingenium burdonis, atque ut astus eluderetur astu, spongis & lana pecudem onerari jussit. Mulus calidam heri prudentiam ignorans, & in reliquum tempus fortunam sibi iam magistrum statuens, ad flumen redit, init, corrut, arbitratu omnia ut prius successura: Cum autem lana & spongia aquam combentes nimium quantum auxilient onus, miserum pecus astutiam in detrimentum sibi versam sensit. Ab eo tempore mulus aquas ingressus modestissime transit, nec unquam amplius cecidit; & ita salem illæsum, quo agebatur, perverxit.

Rupertus scriptor vetus: *Sal.* inquit, *condimentum peccatorum;* & quemadmodum animalibus salis petram lingentibus edendi aviditas reparatur, ita peccantibus rerum caelatum sensus per mortificationem carnis restituunt. Aroma nobile, sal pretiosus, condimentum salubre, tam corpori quam animo jejunium. Aliquid mordacitatis & acrimonia habet sal iste, sed saluberrima. Caro quidem velut vaferima mula hanc salis molem modis omnibus averfatur, & mille astus excogitat, ut onus hoc abiciat. Nec sine subdolis argumentis est haec bestia; ita queritur: Iejunium & abstinentia me solam feriunt, animus non elutur, inediā non sentit, non maciem, non pallorem contrahit; in me unam haec mala omnia incurrit. Et ut querula haec burdonis astutia suos habeat colores, ita loquitur caro: Si laborare cogar, jejunare non possum; ætas, morbi, debilitas, insomnia non ferunt inediā: caput dolet, stomachus flaccescit, somnus fugit, genua franguntur, cum jejunandum est: jejunium onus maximum.

Ita omnia tentat caro, & mille fallendi modos

A communisicitur; ægram se subinde similitat, modò jejunii necessitatem effugiat. Sed fatuum pecus non cogitat Christi minas: *Ve vobis qui saturati esis.* Effugere vultis famem incidentis. Astutia vertetur in detrimentum. Prudens animus, velut Thales philosophus, iumentum suum erudit & horatur: *Quid agis afine?* Luc. c. 6. v. 25. Praestat maximum tibi malum accessis; satius est modicam modicam nunc ferre inediā, & epulati æternū, quam modò ferre inediā fallere, & æternū esurire. Quo magis resistis, mule, hoc magis oneraberis. Submergit salem? æternū Spongæ te submergent: jejunandum est, velis, nolis, jejunandum est. Elige; pauculas malis dieculas, an verdæ æternos esurire annos. Ita serius Thales cum suo agit jumento, & jejunium non tam suadet quam imperat.

B Parte prima libri docuimus. *Quare jejunandum sit;* sequitur pars altera, *Quomodo sit jejunandum.* Hic diversa veniunt disceptanda. Primum est, *Quis à jejuniis legibus immunis & eximius sit.* De isto capite jam differendum.

§. I.

Ecclæsia in suos minimè rigida noverca, sed plane pia mater, non imperat jejunium, ut olim rex Nînive Manliano imperio edixit: *Homines & jumenta, ju-
venes, fnes, lactentes & parvuli, pauperes & opulenti, sospites v. 7.* & egroti non gustent quidquam, nec pacantur, & aquam non bibant. Mitiores sunt Ecclæsæ iussiones; nam eos solùm spectant, quibus facultas & vires sunt.

Anno Christiano millesimo trecentesimo decimo, Clemente V. Pontifice summo hæresis Begardorum docuit, posse hominem ad eam perfectionem progredi, ut ànoxis omnibus imminuis & tutus, nec orare amplius nec jejunare debeat. Damnatus error à Concilio Viennensi primo.

C Quamediu mortales in orbe hoc agimus, discipuli sumus, quotidie discere, semper proficere, & numquam ab omnibus omnino peccatis liberi esse possumus. Discendum assidue & proficiendum. Hinc optimi quique viri quo perfectoriæ erant, tanto contentius orabant, tanto severius jejunabant. In quo numero ponendi Ioannes Baptista, discipuli Christi, sanctissimi Episcopi, Anachoretæ plurimi, Religiosorum Ordinum auctores. Nec enim nullus hominis virtus eo in hac vitâ progreditur, ut non possit & debeat plus ultra. Quod beatus Leo attestatus: *Adest maximum, inquit, sacratissimumque jejunium, quod observantiam sui universi fidelibus sine exceptione denuntiat: quia nemo tam san-* Leo ser. 11. de Quædrag.

Apoc. ult. *etiam est, ut non sanctior; nemo tam devotus est, ut non debeat esse devotior. Propterea jam olim Apocalypticus Angelus proclamavit: Qui sanctus est, sanctificetur adhuc; & qui justus est, justificetur adhuc. Vita integritas & sanctimonia neminem ab oratione atque jejuniu jubet esse eximiū. Verum à Theologis alia designantur quatuor a legibus capita, quæ à legibus jejunii absolvunt. 1. Ætas. 2. La- jejuniū ab- bor. 3. Infirmitas. 4. Impotentia. Paucis singula ex-olvunt, ponimus.*

Primo *Ætas* à jejuniorum lege liberat. Thomas Aquinas ceterique Theologi jejunii legibus non obligari eos affirmant, qui annum ætatis vigesimum primum needum expleverint. Mirem forsan non annum vigesimum potius, quām vigesimum primum locatum esse terminum. Rationem damus. Ecclesia septenium triplex attendit, infantis, adolescentis, juvenis: triplici hoc septennio plus cibi permittitur non alendo tantum sed & augendo corpori. Sed sapienter Thomas Aquinas, & una cum illo Theologi juvenes, cùm jejunium vobum initur, inducendos, ut quavis hebdomade bis tērve jejunent, Caussæ sunt. 1. Sic enim ab-

Cur adolescentes inducend⁹ sunt ut bis tere in hebdomada dejeunet. **1. Causa.** hoc iepitennio plus cito perimititur non aetendo tantum sed & augendo corpori. Sed sapienter Thomas Aquinas, & una cum illo Theologi juvenes, cum jejunium verum initur, inducendos, ut quavis hebdomada bis tere jejunem. Causa sunt. **1.** Sic enim abstinentia affuet appetit: nam anno vigesimo primo numquam aut rarissime, mox sequenti vigesimo secundo quotidie cogi sejunare durum ac difficile.

Mollibus assuetus loricam ferre recusat;
Cervici teneræ ferrea cassis obest.

2. Parandis meritis, abstinen-

e. Causa. T. & aliis locis, abstinentia exhortativa, perfertum cum publica urget necessitas, ut factum Nini-
Ioelc. 2. v. ve, cum omnibus triduo jejunandum. Propheta Ioel
15. & seqq. ad sobrium luctum invita: Sanctificate, inquit, jeju-
nium, vocate certum, congregate populum, sanctificate Eccle-
siam, coadunate senes, congregate parvulos, & fugentes ubera.
Exaudiatur sponus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo. Lu-
Etus & jejunium quandoque omnibus indicendum.

3. Causa. **3. Juvenes** etiam **jejunent** mulo frenado, carni edo, **sandæ**, quæ tunc petulantissima est, cum ferret & bullit sanguis. **Hic** vociferandum: Subtrahite avenam equo, aut excutit se forem. **Hic** Theologorū monitu, natura jubet hunc hōstem jejuniū exarmare. Hieronymus juventuti cavens hæc scripsit: Non ignes Aetna, non & Vulcania tellus, non Olympus tantis ardoribus effusat, ut juveniles medullæ vino plena, & dapibus inflammat. **Hic** juvenis reatores vigilent. Sicut autem infantes, adolescentes, juvenes, à jejuniū legibus immunes sunt, ita & senes. At et difficile certum fene&cutis exordium designare. Sunt qui ante annum quinquagesimum senescant. Convenient ferè Theologi, sexagenarios senes; jejuniū lege non obstringi, nisi confestus etatis hominem esse tam vegetum; ut illam abstinentia non frangat. **Et** si itaque cùm juvenæ, tum senectæ, jejuniū leges temperat.

3 Labor.

A manuariis sece laboribus sunt, uti sunt agricultoribus, lignariis & ferrariis fabri, fuitores, & his similes, sicut
Sutoribus famili, seu ancillæ, quos gravis fatigat labor, à dictis
Toleris nō rigitur nisi rigidus est. Inter hos numerandi non sunt pi-
etates, torsores, scribæ, fattori, statuarii, buciculari
Subinde et scilicet cum truncos bipennibus exscindunt & aptant
iam curru sculpturæ. In laborantium censu sunt qui iter pedibus
vehentes, conficiunt, qui equo vehunt, si tamen illud sit necces-
sarium; nam iter fulciperè peregrinationis aut negotio-
rum causâ, quæ facile & sine incommodo differri
possunt, in legis efulsiorum fraudem fit. Sub mortem
Robertus purpuratus pater optimè dixit: Non oportet abar-
Bellarmi- rhare Deum. In rebus omnibus cum Deo agendum
nus. exclusâ omni vafridie ac sine dolo aut fuso. Deinde ab
abstinentia decretis liberant operiosiores illæ pietatis
actiones, in templis concionari, docere in scholis, ad
xerxes & nosocomia discurrere. Quenvis in nostrâ

A Societate hi tituli cibos nulli portabant; pani septuaginta
genarii & octogenarii viri, illi etiam qui in scholis aut
tempulis docent, jejunant; nisi aliud interveniat, infir-
mitas corporis aut templi vastitas, quam nemo exceptat
nisi pridie cenatus. Sed ut luculentum sit, Ecclesie le-
ges minimè rigidas esse, hoc etiam addo. Si aliquis
qui manu feriante solo ingenio labores suos conficiat,
dicaturque: Non cenare, & tamen studia tractare non
possum: vacuum est caput & vertiginosum, nec lите-
ris aptum post pridianam inmediam; Nullus sum, cum
penitus jejunus sum. Huic ego bene pace dixerim:
Mi domine, si aliter officio tuo fungi non possis nisi
pransus, cenatus comedere. Non exigit Deus jejunium,
quod nostrum impedit officium. Sed hic, quod graviter
obseruemus, bona fide agendum. Medicus & con-
scientiae iudex secundum allegata probata judicant:
Deo mentiris, tecipsum fallis, si illos decipis. Hoc scito,
mulum tuum, carnem tuam esse astutissimam, nec illi
umquam decessit, quod causetur. Tu ergo nulli domi-
nus cum Thalete sapies, nec facilè credas fingemini.
Errabis centies, errabis millies, si carnem indulgen-
tiūs tractaris.

§. III.

Tertium, quod à jejunii legibus absolvit, est *infusio* ^{3. infus.} *mitus*. Egroti aut admodum debiles refectiones, tamen non multum cibi possunt ingerere, aut cum grandi documento. Ita crebriori egestate refocillatione, quod proprium est agrotorum. In tribum hanc referuntur prægnantes, puerperæ, nutrices, convalescentes. Sed est femina toro juncta, fractis viribus, cuius valetudini maritus metuit, nec jejunare permittit: quid faciat? Secure comedat. Quod si vir improbus & à religione alienus, in contemptum Ecclesiæ jubeat cenare; uxori potius mori eligat, quam ut iustus faciat. Tanti est dispensatio ratione causa vel conscientia.

C Itaque vel valde debiles, vel re ipsa ægrotantes, à
jejunis sunt immunes. Sed hic, quod sæpius monendi
sumus, bona fuit agendum. Nam vel liquet de morbo
aut debilitate, vel dubium est. Si primum, res contro-
versiam non habet. Sin alterum, viri prudentius
judicium exquirendum est. Nec enim quis catarrhus aut
distillatio jejunium tollit; catarrhi falsi modo fed
crebriore cibo videntur indigere: ceteris nil salubriss
jejuno & abstinentia. E medicis Lyceo longè verilla
ma est preceptio sæpius inculcanda.

Esurias, siti as, vigiles, sic rheumata cures.

Hoc genus dæmoniorum & catarrhotum non ejicitur, nisi per jejunium.

Quartum, *Impotensia*. In hac classe sunt homines 4. impo-
fortunæ tenuis, mendici, pauperes, qui victum preparantur.
cum aut vagum habent, offam & olus in cenam &
prandium. Ergo etiam cenerunt. Bis adeo parvè comeant,
minus gratum est carni, quam semel ejunare. Dixi,
D *Impotensia*. Contingit saepissime, ut quis tale subeat
hosptium, quod diversiori bene nummato vix pat-
ovorum possit apponere. Hoc locorum hospes non
pauper est, sed nihil eduliorum comparate potest, nec
parato quidem pretio. Ergo ceneret, qui tam modice
pransus est.

Itaque aejuniorum legibus absolvunt Aetas, Labor, Infirmitas, Impotensia. Hic autem serio exani-
ne opus est. Nec enim quodvis senium, aut qui vis la-
bor, aut quaevis infirmitas, vel impotensia jejunandi
necessitatem tollit. Gravis labor, aetas & infirmitas
grandis de die plus simplici vice refici permittrunt.
Aliis omnibus sobrium illud occinxit: *jejunandum*
est. Sed neminem hoc terreat, nulli vos inesta videa-
tur abstinenzia: Beati qui nunc esuritis. Et Augustinus
insignissime nos animans ad *jejuniū animolimpos*
incendum: *Non vobis ergo*, inquit, *videatur levis res aut*
superflua pag.

*Et in
liu
majore
Inventore
Maliitio.*

superflua, ne quisquam forte hoc faciens Ecclesie consuetudine, cogitet apud eum, & dicat sibi ipsi, ut suggesterentem intrinsecus audiatur tentatorum: Quid facis, quia jejunas? defraudas animam tuam, non ei das, quod eam delectat, tibi ipsi ingeris panem, tuus igitur & cruciator existis, Deo ergo places, quia te crucias? Ergo crudelis es, qui delectatus panis tuis. Responde huiusmodi tentatori: Excusio me plana, ut ille parcat: do de me panas, ut ille subveniat, ut placeat oculis ejus, ut deleat suavitatem eus. Nam & vistima cruciatur, ut in uiram imponatur. Minus premet mentem meam caro mea. Et tali disuasio malo servo ventris responde per hanc similitudinem, & dic: Si jumento foris infidiles, si aqua uteris, qui te gefiendo posset precipitare, nomine ut securus iter ageres, cibaria ferocientis subtraberis, & fame domares, quem freno non posse? Caro mea jumentum meum est: iter ago in Hierusalem, plerumque me rapit, & de via conatur excludere: Via autem mea Christus est. Ita exultantem non cobibebbo jejunio? Si quis hoc sapit: etiam ipso experimento probat, quam utiliter jejunatur.

CAPUT II.

Quo fine jejunandum.

*Nom. 6. 10.
v. 9. &
fig.*

VOLVIT olim Deus, ut plebs Hebreorum adverteretur, non in progressu solum aduersus hostem, sed etiam diebus festis ad solenniores epulas & stipendiis festi iuora: Si exieritis ad bellum, inquit, de terra vestra contra hostes qui dimicant adversum vos, clangeris ultantibus tubis, & erit recordatio vestri coram Domino Deo vestro, ut eruaniini de manibus inimicorum vestrorum. Si quando habebitis epulum, & dies festos, & calendas, canetis tuba super holocaustis & pacificis victimis, ut sint vobis in reordinationem Dei vestri. Cur, quæso, Deus tam tempore belli, quā pacis & epuli vult canere tubas? Hoc genus musicæ praelius est aptius quā triclinii & mensis. Martius cantus, & conviviorum odæ nimis sunt dispares.

Imò verò non sunt: nam cùm ad mensam, ad convivium, ad epulum itur, certamen nobis & pugna indicitur aduersus Gulam & Intemperantiam, perinde si moneamus his verbis: Tuum hic hostem invenies certò; vide virum te geras, dimices, vincas. Guia impera, substringe appetitiam, & vicisti. Ad hoc genus prælii quotidie bis tendimus: quot autem & quanti quotidie hic fauuntur, vincuntur, jugulantur, sternuntur, sub mensas corrunt, in hoc bello miserè perempti! Quā de re Ambrosius eruditus: Cum Iudeorum, inquit, cella vinaria esset petra, cum pellucidum Creticum aqua, cum peu opulentum depluens manna, uniformi cibo uebantur, nemo illorum egrotabat, fortissimas gentes debellabant: Vbi vesci carnis, simul etiam catervatim mori coeparent, adebat ut et tot centenis milibus duo tantummodo viri in terras uberes pervenerint. Ie. unius & abstinentiæ hostes tartareos vincimus, corporis & animi valitudinem servamus. Quinam autem à jejuniorum legibus sint eximi, capite superiori diximus. Nunc progedimur, & Quomodo jejunandum sit explicamus. Primum omnium, quod abstinentiam Deo gratam facit, est Bonæ Intentio. De quā hoc capite agemus.

§. I.

*1. Iejunij
caput: Re-
fæ inten-
sio in je-
junio est te-
quifita,
Varia
inten-
sio in je-
junio.*

Qvod in omni virtute locum principem tenet, id etiam in abstinentiâ primum sit. Finis bonus, recta Intentio. Hæc docet abstinenre ac jejunare, non ut oculis hominum, sed ut divinis placeamus; obedientiam Ecclesiæ debitam, copiosorem animi salutem, auctius cœli præmium, maiorem Dei gloriam spectemus. Varia prorsus & valde diversa jejunantium est Intentio. Placuit Theologis hanc Intentions varietatem metro, licet minus eleganti, comprehendere:

A abstinet æger, egens, cupidus, gula, simia, virtus. Hoc versu Intentiones complectimur, que aut malæ & jejunio adverse, aut certè tales, quæ virtuti abstinentiae non sunt congrua. Explico succintè singulas.

1. Abstinet æger. Soli tuendæ aut recuperandæ valetudini. Licetum hoc & laudabile. Sed ideo tantum abstinere cibo, ut sanus sis, non est jejunium, sed Temperantia pars & ornamenti. Ad imperata tamen jejunia hæc intentio quantumvis bona non sufficit, si sit sola. Sed absit hinc ineruditam conscientiam metus, modò Intentio recta non studio excludatur. Exempli gratia: Apostoli Matthæi pervigilio rudimenta morbi tentiens ita statu: Hac nocte nil cibi & potus lababo ad morbum avertendum, alia certè cenaturus. Hac ratione non jejunio: Nam intentionem rectam excludo. Sed larijus Pervigilio Matthæi Apostoli ita ego mecum ratiocinor: Pejus me valere sentio, igitur hodie non cenabo. Nec incommodum; nam & jejunii vesper est. Ita fideliâ una parietes duos dealbos valetudini attendo, & quia etiam alias jejunias, legibus non contradico.

2. Abstinet egens. Sed huic inediâ persuader inopia; quod edat, non habet, alijs liberaliter cenaturus. Sed & hic homo facilimè juvari potest, modò intentionem aliquantulum emendet, dicatque: Paupertas quidem vacuam mihi mensam apponit, sed eti opulentis esse, hoc tamen esuriâl vespere non cœnarem. Optimè prorsus, optimè. Nam ita commendat jejunium patientia. Felix necessitas, quæ compellit ad meliora. Tanti est Intentio recta. Intentio facit omnia.

3. Abstinet cupidus, ob tenacitatem & avaritiam; ut pauculis festis aut yni sextario compareat, famem suumque re suâ fraudat. Hic cum Älopica vulpe proutuntiem: O pulchrum caput, si cerebro non careret! ò bonum jejunium, si recta intentio non desese. Sunt qui arc alieno ita se involvant, ut ab aliquo mutuum accipiant, ut alteri, qui mutuum concessit, reddant. Vestem novam lacerant, ut laceratam sarciant. Hoc quidem est versuram facere. Ita jejunium intentionis bonæ, ac sincerum, vita & diabolum arret; jejunium ex avaritia suscepit vitii & diabolo risum mover. Ergo abstinet æger, egens, cupidus. Sed corum abstinentia non proinde semper laudanda.

§. II.

4. Abstinet gula. Monstrum. Est qui parcissimè cœnet, quid ita quoquo, ceteroqui non passer. gula. culis edendo? Eni caussam: Craftina dici lautissimum præter prandium: ideo differt tamè. Sed excusus istud, si apud se ita statuat: Craftina indisti convivii hilaritas, sat scio, cibum potumque largiorum ingeret, plusculum ultrâ quā soleam admisimus sum Bromii; igitur hodie tanto abstinentior ero. Non absurdè hoc aut male. Sed illud infame ac turpe certæ nationi (parco nomini) in quā reperias, qui biduum triduumve comedant parcissime, ut in proximo convilio epularum vinique quamplurimum capiant pransuri de alieno. His verè abstinet Gula, quæ tantò modestius edit, ut tantò voret effusus. O ridiculi, & ô fatui mortales, cenan magiam æternam in celo expetantibus, hodierna vel craftina illam aditumsumus, cur ergo famem non etiam differimus? Quid septuaginta vel octoginta vite anni sunt? breve prandiolum. Post hoc cena sequitur longa, cena magna, cena æterna. At nos plerumque in ponendo vite calculo erramus: dies numeramus & annos prolixâ spe. Hic nostri calculus est: Annus primus, annus secundus, annus tertius, vicefimus, quadragesimus, septuagesimus annus. Amplius, ut putamus, vite spatium, longa series annorum. O infantes boni! quid obsecro longum est, quod æternum non est? Omnis vita no-